

Macera per horas tres, tum cola
Ph. U. St.

Musselina salicylata.

Salicyl-Mull.

Musselina decumata (10%).

Rp. Axungiae benzoïnatae 10,0
[¹] Sebi benzoïnati 80,0
Acidi salicylici 10,0.

Calore modico Acidum salicylicum in unguine solvatur, tum musselina (pannus gossypinus tenuis) hoc unguine saturatur. Hoc modo 10% musselina (*Mull*) paratur.

Musselina vicesimata (20%).

Rp. Axungiae benzoïnatae 15,0
[²] Sebi benzoïnati 65,0
Acidi salicylici 20,0.
Fac ut antea notatum est.

Mucilago Tragacanthae.

Mucilago Gummi Tragacanthae.

Rp. Tragacanthae subtt. pulv. 5,0
[¹] Glycerinae 15,0
Aquae destill. 80,0.

Misce conterendo per horae quadrantem.

Ph. Gall. Tragacanth. 10,0 et Aquae dest. 90,0. Mixta sepone per horam dimidiam, tum conterendo liquorem miscellaneum aequabilem effice, quem per textum musselineum perfunde.

Ph. U. St. Trag. 6,0, Glycerin. 18,0, Aquae ferv. 76,0. Sepone per diem, tum adde Aq. q. s., ut mixturae pondus 100,0 adaequet.

Ph. Brit. Trag. pulv. 12, Aq. dest. 875, Spirit. (90%) 20 (vel 22 vol.)

Recens paretur.

Mucilago ad Trochiscos, Pastillos etc. parandos.

Rp. Tragacanthae subtt. pulv. P. 1
[²] Aquae tepidae P. 50.
Misce.

Mucilago Ulmi.

Rp. Corticis (interni) Ulmi 6,0
Aquae fervidae 100,0.

Digere per horas duas in vase clauso, tum cola. *Ph. U. St.*

Mumia arte facta.

Rp. Asphalti 20,0
Olibani
Aloës aa 10,0.
Contusae colliguesiant cum
Colophonii
Picis albae aa 40,0.
Liquatis admisce
Ochrae fuscae tritae 15,0.

Nota. Loco Aloës residuum resinosum e paratione Extracti Aloës adhibere potes.

Naphthalolum.

Betolum. Betolium. Naphtholalol.
 $C_6H_4 \cdot OH \cdot COOC_{10}H_7 \sim C^{3+}H^{12}O^6 = 264.$

Aequali modo quo Salolum (conf. idem) paratur e Natrio salicylico et Natrio naphtolato. *Dosis:* 0,3—0,5—1,0—1,5 ter quaterve per diem (cytostatarrhus, arthrorheuma).

Naphtholum.

Isonaphtholum. β -Naphthol. *Hydro-naphthol.* *Naphthol.* *Beta-Naphthol.*
 $C_{10}H_7(OH) = 144.$

Rp. Naphthalinae 100,0
Acidi sulfurici fumantis 300,0.

Sensim calefacta calore 150—200°C. per diem unum pertendantur, ut Acidum β -naphthalinosulfuricum effingatur. Massa cum aqua mixta et Calcaria hydrata neutralisata filtretur, et evaporando seponendoque in crystallata transducatur. (Calcium α -naphthalinosulfuricum in lixivio matrico solutum manet.) Sal crystallisatum addendo Natrium carbonicum in Natrium β -naphthalinosulfuricum transducatur. Solutio hujus salis ad siccum evaporata in Natrium hydricum igne liquefactum introducatur, quo modo β -Naphthol-Natrium efficitur. Ex hoc sale Naphtholum addendo

Acidum hydrochloricum

separetur, in colatorio collectum exprimatur, tum ope aquae vaporum destillando rectificetur, et postremum aut sublimando aut solvendo in aqua et Aethere Petrolei seponendoque in crystallata transducatur, quae in vasis vitreis a luce remotis asservanda sunt. Sint crystallula alba rhomboidea, fere inodoria, calore 122°C. liquescentia, calore 286°C. ferverescentia, solubilia in Spiritu, Aethere, Benzina, Chloroform-

mio, oleis etc. Externum contra eczematata, psoriasin, pityriasin versiculorem etc. 1,0-3,0: 30,0 adipis, lanolinae. (Dos. max. interna 1,0, pro die 4,0).

Nota. Ne commutetur cum Naphthalolo s. Betolo (Naphthol-Salol),
 $C_{10}H_7 \cdot OH \cdot COOC_{10}H_7$.

Naphthalinum

Naphthalina.

$C_{10}H_8 - C^{20}H^8 = 128$.

Rp. Picis liquidae Lithanthracis (carbonis fossilis) q. v.

In retortam immitte et excipulum bene frigerando destilla, donec voluminum dimidium picis transierit. In liquorem destillatum inducas

Gas Chlori.

ut partes oleosae heterogeneae, quantum fieri potest, decomponentur. Dein liquorem cum aqua commiscendo, sedimentando decanthandoque optime abluere, ut ab Acido hydrochlorico liber sit. Liquor iterum fere ad siccum destillando eliciatur et liquor destillatus frigori ($8-12^{\circ} C.$) exponatur, ut Naphthalinum congelando secernatur, quod in linteo collectum et inter chartae bibulae strages expressum in

Spiritus V. rectfss.

fervidi q. s. solve et post filtrationem seponendo loco frigido in crystallam coe. Crystallisatio repetatur, donec Naphthalinum satis decolor evaserit. Crystalla sicca etiam cum arena silicea mixta sublimatione leni calore effecta depurare potes. Crystalla serva in vitris obturatis.

Dosis: 0,02-0,05-0,15 pluries per diem (catarrhus chronicus, arthritis).

Narceinum.

Narceina.

$C_{23}H_{20}NO_9 + 2H_2O - C^{46}H^{20}NO^{18} + 4HO = 499$.

Rp. Opii Smyrnaici vel Constantinopolitani P. 100.

[1] Incisis affunde

Acidi phosphorici (pd. spec. 1,120) P. 25

Aquae destillatae P. 80

et loco tepido macera, ut fiat puls, cui admiscee

Liquoris Ammonii caustici

q. s.,

ut Ammonium paululum praevaleat.

Quo facto puls interdum agitata stet per aliquot horas. Dein immiscee inter agitationem

Spiritus V. rectfss. P. 1200.

Post horam unam filtra, residuo in filtro Spiritum Vini rectfss. affundendo, quamdiu liquor defluens saporis est amari.

Liquor filtratus spirituosus addita

Acidi oxalici in aqua soluti quantitate sufficiente acidulus redditus, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicit, evaporetur calore balnei aquae ad syrupi spissitudinem. Residuum hoc refrigeratum, affusis

Aquae, dest. frigidae P. 1000, macerando agitandoque solve et loco frigidore sepone, ut resina secernatur: Dein filtra, filtrum aqua frigida ablundo.

Liquori limpido immiscee inter agitationem

Natri carbonici cryst. P. 40 antea solutas in

Aquae dest. frigid. P. 200.

Praecipitatum inde ortum statim in filtro aqua humectato collige et Aqua destillata quam celerrime abluere.

Liquor filtratus seponatur per aliquot dies, ut Morphinum demittat, praecipitatum autem loco tepido exsiccatum tandiu

Aethere puro, pd. spec. 0,725 macera et elue, quamdiu aliquid solvitur. (Aether solvit Codeinum, Thebainum, Papaverinum, Narcotinum, Meconinum). Quod Aether non solvit, post exsiccationem solve in mixtura calida, parata ex

Liquoris Ammonii caustici

P. 3

et Aquae destill. P. 2,

vel in quantitate sufficiente hujus mixturae. Liquorem filtratum evaporando ad volumen dimidium usque redactum sepone, vase non tecto, per aliquot dies loco frigido. Dein crystallula collige et inter strages chartae bibulae sicca.

Si crystallula non satis decoloria invenis, in aqua fervidae soluta denuo ad crystallationem sepone.


[2] Post secretionem Morphini Codeinique chlorohydratum addendo Calcium chloratum (modus Gregori-Robertsoni)

lixivium matrix fuscum continet Narceinum, Thebainum, Narcotinum et Papaverinum. Addendo liquorem Ammonii caustici Narcotinum et Thebainum praecipitantur atque massa resinosa. Liquori nunc filtrato, Narceinum continenti, additur Plumbi acetici soluti ea quantitas, quae ad praecipitationem sufficit, tum filtratur et liquor filtratus addendo Acidum sulfuricum dilutum, deinde filtrando a plumbo liber addendo liquorem Ammonii caustici neutralisatur et leni calore evaporando ad consistentiam syrupi reductus per diem frido seponitur, ut massa crystallina seceratur. Haec massa cum aquae centuplo bis terve excoquitur et liquores per linteum fusi loco frido seponuntur, ut Narceinum solutum discernatur. Narceinum collectum, solum in Spiritu vini et commixtum cum carbone animali digerendo decoloratur, et solvendo in aqua fervida et seponendo in crystallula decoloria transducitur. Narcotinum etiam modo chemico in Narceinum transvertendum est.

Narceinum est solubile in aquae partibus 1285 et in Spiritu (80%) partibus 945. Crystallula prismatica acicularia. Hypnoticum, antispasmodicum, sedativum. *Dosis*: 0,01—0,02—0,03. *Dosis maxima*: 0,03, pro die 0,12!!

Narcotinum.

Narcotina.



[1] Massae residuae Opii, quam in paratione Extracti Opii aquosi obtinebis, et aqua commixtae instilla

Acidi hydrochlorici quantum requiritur, ut Acidum paululum praevaleat. Post macerationem filtra. Liquori filtrato instilla

Liquorem Natri carbonici, quamdiu inde praecipitatum producit, quod siccatum in Aethere solvatur et, solutione filtrata atque Aethere destillando elicit, in Spiritu Vini absoluto fervido iterum solvatur. Liquor filtratus evaporando et seponendo in crystallula redigatur. Solutione in Spiritu Vini absoluto et iterata crystallisatione Narcotinum depuretur.

Sint crystallula acicularia vel prismatica decoloria venenosa, in aqua

frigida non solubilia, in 300 P. frigidi, in 120 P. fervidi Spiritus Vini rectificatissimi, in 60 P. frigidi, 15 P. fervidi Spiritus Vini absoluti, atque in 35 P. Aetheris solubilia.

Conf. etiam Extract. Opii sine Narcotino. Narcotinum hydrochloricum et Narcotinum sulfuricum aequali modo quo Salia Morphini parentur.


[2] Rp. Aetherem, quo in paratione Narceini praecipitatum tractavisti. Aethere destillando elicit, residuo affunde Aceti destillati circiter 30plum et macera per diem unum, interdum agitando. Dein filtra. Quod in filtro remanet, solve in Spiritu Vini alcoholisati q. s., filtra et liquorem sepone, ut crystallula demittat, quae collecta et siccata serva.

Dosis: 0,1—0,15—0,25 pluries per diem. *Dosis maxima*: 0,25, pro die 1,0!! (Antineuralgicum).

Natrium

auro-chloridatum.

Auro-Natrium chloratum. *Goldchloridnatrium*. (Photographorum).




Rp. Auri trichlorati P. 310
Natrii chlorati puri P. 60
Natrii carbonici cryst. P. 2
Aquaе destill. P. 930.

Misce et solve. Liquor, si opus est, decantheretur et evaporando seponendoque in crystallula cogatur.

Nota. E lixivio ultimo Aurum addendo Ferrum sulfuricum praecipitetur.

Natrium bromatum.

Brometum s. Bromuretum s. Bromidum Sodii s. Natrii s. sodicum.



Rp. Liquoris Natri caustici
[1] Aquaе destill. aa P. 14.

In patinam porcellaneam immissis paulatim inter agitandum bacillo vitreo adde

Bromi P. 9.

Tum guttatim, si opus fuerit, adhuc instilletur liquoris Natri caustici, quantum sufficit ad justam neutralisationem. Liquidum sic obtentum ad siccum evaporetur. Residuum, commixtum cum Carbonis vegetab. pulv. P. 1

crucibulo porcellaneo aut Hassiaco satis capaci ingeratur et modico calore aestuet. Massa refrigerata solvatur in

Aquae destillatae

quantitate sufficiente et solutio filtrata in vase porcellaneo ad siccum evaporetur. Sal siccum in lagenis vitreis bene obturatis serva. Effic. circiter *P.* 10. Solutio aquosa salis chartam exploratoriam rubefactam paululum tantum coeruleam reddat.

Crystallisando obtinebis sal constitutionis $\text{NaBr} + 2\text{H}_2\text{O}$ vel $\text{NaBr} + 4\text{HO}$.

Sal officinale est evaporando ad siccum effectum, quod in partibus centenis minimum p. 95 salis ab aqua liberi contineat.

Dosis: 0,5—1,0 pluries per diem. Contra epilepsiam, *dosis* sensim *ascendendo* ad 10,0 pro die.

[²] Paretur aequali modo, quo Kalium bromatum e Ferri pulv. *P.* 10, Bromi *P.* 20, Natrii bicarbonici *P.* 21,5. Effic. 33—34 *P.*

Natrum borico-benzoicum.

Natrium boro-benzoicum. Borobenzoas Sodii s. Natrii.

Rp. Boracis *P.* 3

Natrii benzoici *P.* 4.

Conterendo misce. (*Nat. Form.*)

Natrium chloratum depuratum.

Chloridum Sodii dep. Natrum muraticum. Sal culinare purum.

$\text{NaCl} - \text{NaCl} = 58,4$.

Rp. Salis culinaris *P.* 10.

Solve in

Aquae fervidae *P.* 30.

Liquori adhuc ferventi instilla

Natri carbonici soluti q. s., donec non amplius turbetur. Tum sepone.

Liquori refrigerato, dein filtrato, instilla

Acidi hydrochlorici q. s., ut fiat neuter. Postremum liquorem limpidum in crystallam evaporando coge, quae iterata crystallisatione depurentur, tum siccantur. Lixivium ultimum rejiciatur. Hoc sal est solubile in aquae 2,8 (15° C.), et in aquae fervidae 2,5, insolubile in Spiritu.

Natrium jodatum.

Jodidum s. Joduretum Natrii s. Sodii s. sodicum. $\text{NaJ} = 150$.

Rp. Jodi *P.* 30

Aquae destill. *P.* 180.

In lebetem porcellaneum ingestis inter agitationem paulatim immittantur

Ferri puri limati *P.* 10.

Mixtura ad circiter 50° C. calefiat, donec liquor initio fuscus decolor evaserit. Liquor filtratur et ferrum residuum bene eluatur. Liquor limpidus in ollam vitream amplam remittatur. Tum adde

Jodi *P.* 10

et saepius agita. Jodo soluto, liquori agitato paulatim affunde

Natri carbonici puri cryst.

P. 45,

solutas in

Aquae destill. *P.* 90

aut quantum hujus salis ad decompositionem Ferri sesquijodati sufficit, cavendo autem, ne Natrum praevaleat. Fluidum turbidum, cujus portiuncula exenta et filtrata adhuc minimam remanentiam ferri ostendat, tum porro in lebate ferreo initio leni calore, sub finem fortiore igne ad perfectam siccitatem inter agitandum evaporetur. Residuum refrigeratum cum

Aquae destill. calidae *P.* 100

vel quantitate sufficiente digere, tum filtra, Ferrum oxydatum in filtro bene eluendo. Fluidum limpidum tandem evaporando seponendoque loco frigido in crystallam transducatur. Partes duae crystallorum ($\text{NaJ} + 2\text{H}_2\text{O}$) collectorum in aquae parte una calore modico solvantur et in patellam infusae loco, cujus temperatura inter 42 et 50° C. tenenda est, seponantur, ut evaporatio lenta sustineatur et crystallam interea accrescentiam aquam crystallinam contineant. Crystalla inter chartam bibulam posita loco tepido siccantur. Sint decoloria.

Hoc sal anhydrium solubile est in aquae caliae aequali et in partibus duabus Spiritus, in aere post longius tempus flavescens et deliquescens, quapropter in vase vitreo dense clauso et a luce remoto conservandum.

Dosis dosin Kalii jodati exaequat.

Natrium jodatum**refectum** s. regeneratum.Modus Natrium jodatum flavidum in statum normalem reducendi. *Regenerates Natriumjodid.*

NaJ—NaJ=150.

Rp. Natrii jodati flavidi P. 100.

Solve in

Aquae destill. P. 120.

Liquori inter agitationem instilla

Liquoris Ammonii sulfurati

q. s.,

donec liquor decoloratus est. Addita liquoris Ammonii caustici parva copia, liquorem calore balnei aquae ad siccum evapora, deinde massam salinam statim in vasa dense ocludenda ingerere et loco a luce remoto asserva.

Natrium nitro-ferri-cyanatum. $2\text{NaCy}, \text{Fe}^2\text{Cy}^2\text{NO}^2 + 4\text{HO}$. Natrum nitroborussicum. Ferro-Natrium cyanatum nitrosatum. *Nitroprussidnatrium.*

Rp. Kalii ferro-cyanati flavii P. 3.

[¹] In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,2) P. 7.

Digere lenissimo calore per horam dimidiam et interdum agita. Tum, si opus est, inter digerendum paulatim instilla

Acidi nitrici puri q. s.,

donec portiuncula liquoris exemta et cum solutione dilutiore Ferri sulfurici crystallisati commixta non calore caeruleo, sed sordide viridi tingatur. Tum liquorem evaporando ad partes remanentes 8 redactum loco frigido per diem unum sepone, ut Kali nitricum exortum in crystallata coëat.

Liquori viridi, a crystallis defuso, dein calefacto sensim instilla

Natri carbonici in aqua soluti quantum ad neutralisationem liquoris requiritur. Fluidum adhuc calidum a praecipitato exorto filtrando separa, filtrum paulo aquae elue, et fluida limpida commixta evaporando seponendoque in crystallata coge, quamdiu haecce a Kali nitrico atque Natro nitrico libera prodeunt. Sint crystallata colore e rubineo rubro, premendo inter char-

tam bibulam siccanda. Serva in vitris a luce remotis.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavii P. 3.
[²] In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri P. 7.

Digere lenissimo calore per horam dimidiam et interdum agita. Tum, si opus est, inter digerendum paulatim instilla

Acidi nitrici q. s.,

donec portiuncula liquoris exemta addita solutione dilutiore Ferri sulfurici crystallisati non colore caeruleo sed sordide viridi tingatur. Dein liquori adhuc calido instilla

Natri carbonici soluti

quantum ad neutralisationem requiritur. Tum filtratur. Liquorem filtratum evaporando ad partes 5 remanentes usque redactum commisce cum

Spiritus V. rectfss. P. 25

et per diem unum loco frigido sepone. Postremum decantha et liquorem limpidum evaporando seponendoque in crystallata coge.

Natrium sulfo-cyanatum.

CN-SNa. Natrium rhodanatum.

Natrium thiocyanatum.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavii P. 10

Natri hyposulfurosi crystall. P. 35.

Conterendo bene mixtas et calore a crystallisationis aqua liberatas immitte in patinam porcellaneam et modice calefac, donec Acidum hyposulfurosum destructum fuerit. Massam residuam aut sepone loco humido, ut humescat, et Spiritu Vini affundendo Natrium sulfo-cyanatum aut Aqua destillata affundenda elixiva. Solutio Natrii sulfocyanati tum evaporando in crystallata cogatur.

Natrium sulfuratum.Sulfuretum Sodii officinalis *Ph. Belg.*

Rp. Natri carbonici siccii P. 3

Sulfuris sublimati P. 2.

Mixtae in sartagine ferream immisae leni igni exponantur, donec effervescentia peracta in massam homogeneam coierint, quam in laminam ferream effusam post refrigerationem in

pulverem grossum redige. Serva in lagenis bene obturatis.

Natrium sulfuratum
crystallisatum.

Monosulfuretum sodicum. Sulfuretum natricum. (Natrium hydrosulfuratum.)
 $\text{Na}_2\text{S} + 9\text{H}_2\text{O} = 240 - \text{NaS} + 9\text{HO} = 120.$

Rp. Liquoris Natri caustici rec. parati, p. spec. 1,330 q. v.

In lagenam ingeratur et in liquorem gas hydrosulfuratum l. a. tamdiu inducatur, donec nil amplius absorbeatur. Tum liquorem commisce cum volumine dimidio liquoris Natri caustici et, lagena optime obturata, loco frigido sepone per aliquot dies. Crystalla exorta in cribro porcellaneo collige et premendo inter chartam bibulam siccata in lagenas siccasingere, quas optime obturatas loco umbroso asserves.

Natro-Kali tartaricum.

Tartarus natronatus. Tartras Potassii et Sodii. Tartras natrico-kalicus. Soda tartarata. *Rochelle-Salz.*

$\text{KNaC}_4\text{H}_4\text{O}_6 \cdot 4\text{H}_2\text{O} - \text{KO, NaO, C}^8\text{H}^4\text{O}^{10} + 8\text{HO} = 282.$

Rp. Natri carbonici cryst. P. 15.

Solve in vas stanneum vel porcellaneum immissas in

Aquae destill. P. 90.

Liquori calefacto et ebullienti paulatim adjice

Tartari depurati pulv. P. 19 aut quantum requiritur, ut Natrum tantum paululum praevaleat. Liquor seponatur per aliquot dies, tum filtratur et evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Effic. P. 28.

Natrum aceticum.

Acetas Sodii s. Natrii. Acetas natricus.
 $\text{NaC}_2\text{H}_3\text{O}_2 \cdot 3\text{H}_2\text{O} - \text{NaO, C}^4\text{H}^3\text{O}^3 + 6\text{HO} = 136.$

Paretur e Natrio carbonico et Acido acetico diluto.

Crystalla prismatica, coloris expertia, efflorescentia, in aqua facile solubilia. Solutio sit neutra.

Natrum aethylo-sulfuricum.

Aethylo-Sulfas sodicus. Natrium sulfovinicum.

$\text{C}_2\text{H}_5\text{NaSO}_4 + \text{H}_2\text{O} - \text{NaO, C}^4\text{H}^5\text{O, 2SO}^3 + 2\text{HO} = 166.$

Rp. Acidi sulfurici fumantis, [ab Arsenio liberi, P. 75.

In cucurbitam vitream infusis paulatim adde

Spiritus V. absoluti P. 50

et agita; tum sepone loco tepido (25 vel 30° C.) per dies duos. Post hoc tempus liquorem dilue

Aquae destill. frigidae P. 400 et sensim commisce cum

Barytae carbonicae

ea quantitate, ut paullum praevaleat. Liquori post diem unum filtrato instilla

Liquoris Natri carbonici

tantum, ut Baryta perfecte praecipitetur et reactio alkalina minima efficiatur. Quo facto sepone liquorem per dies tres vase aperto, tum filtra et primum loco caloris 40–50° C. evaporando, deinde calore balnei aquae ad siccum redige. Serva in lagenis obturatis. Effic. P. 55.

Sal hoc in aqua solum delabitur et reactionem acidum accipit.

Natrum arsenicum
crystallisatum.

Arsenias Sodii s. natricus.

$\text{Na}_2\text{HAsO}_4 \cdot 7\text{H}_2\text{O} - 2\text{NaO, HO, AsO}^5 + 14\text{HO} = 312.$

Rp. Natri nitrici P. 100

Arsenici albi P. 116.

Pulveratas et optime mixtas in crucibulum Hassiacumingere, ad dimidium tantum implendum, cui alterum crucibulum inversum, in fundo foramine instructum, supertege. Crucibulo sensim prunis circumdato, massa primum liquescens, tum vapores fuscovenenosos (circumspecte evitandos, ne imbibantur) exhalans, sub divo modice uratur. Massam salinam refrigeratam solve in

Aquae fervidae destill.

quantitate sufficiente. Liquori fervido instilla solutionem aquosam e

Natri carbonici cryst. P. 150 paratam vel quantum requiritur, donec reactio alkalina praevaleat. Tum filtra. Liquor filtratus evaporetur, donec gutta lapidi instillata crystalla exhibeat. Dein loco tepido (25–30° C.)

per unum diem sepone ad crystallisandum. Liquor ab crystallis ortis defusus fac iterato evaporetur ac seponatur, ut crystallia edat. Lixivium ultimum in locum separatum rejiciatur. Crystalla collecta modo antea notato crystallisationis depura et inter chartam bibulam, calorem evitando, sicca. Lixivium ultimum denuo rejiciatur. Cura autem, ut liquores crystallisandi semper reactionem alcalinam praebeant. Crystalla serva in lagenis obturatis. 100 Partes continent Partes 36,85 Acidi arsenicici. Quoniam frigore crystallia exoriuntur, quorum constitutio exaequat formulam: $2\text{NaO}, \text{HO}, \text{AsO}_5 + 24\text{HO}$, exsiccatio salis commendatur.

Crystalla cum $7\text{H}_2\text{O}$ vel 14HO Ph. Gallica acceptit.

Natrium arsenicicum siccum.


Rp. Natri arsenicici cryst. q. s.

In vas porcellaneum immissum liquefac et inter agitandum calore sensim aucto per aliquod tempus exure, donec ex eo vapores aqnos non amplius evadant. Sal perfecte exsiccatum et contritum in vitris bene obturatis caute serva. Partes 100 continent Partes 65 Acidi arsenicici.

Usus: Sal crystallisatum detur ad balneum dosi scandente 2,0—10,0. Ad usum internum: Dosis: 0,001—0,002—0,003 bis terve per diem. Dosis maxima in Anglia 0,006!! (Venenum!!)

Natrium benzoicum.

Benzoas Sodii s. natriicus.



Rp. Natri carbonici cryst. P. 15.

Solutis in

Aquae destill. P. 45

et calefactis immisce

Acidi benzoici cryst. P. 13


vel quantum sufficit ad neutralisationem perfectam efficiendam. Liquor dein filtratus et leni calore ad volumen dimidium usque redactus supra orbes porcellaneos effundatur, ut supra Acidum sulfuricum collocatus in crystallia convertatur. Sal solubile in 1,5 aquae. Venenum Myxomycetum Diptheritidis etc. (?). Antipyreticum lene.

Dosis: 5,0—10,0—15,0 pro die.

Hager.

Natrium bicarbonicum purum.

Natrium hydrocarbonicum. Bicarbonas Sodii s. natriicus.



Rp. Natrii carbonici puri P. 10.

Solve in

Aquae destillat. P. 18.


In hanc solutionem, in vase inclusam et ab aëre secretam, tamdium inducatur

Acidum carbonicum anhydrium

aqua lotum, donec liquor in massam fere pulposam transierit. Massam salinam in colatorio linteo collige et ingestam in cistam magnam, Acido carbonico repletam, sepone, donec satia sicca appareat. Temperatura adhibita 30°C . ne superet.

Natrium bisulfuricum.

Natrium sulfuricum acidum. Natriumhydrosulfat.



Rp. Natri sulfurici cryst. P. 16

Aquae destill. P. 25.


In patinam porcellaneam immissis instilla inter agitationem

Acidi sulfurici conc. P. 5.

Dein mixtura usque ad ebullitionem calefacta seponatur loco frigido, ut crystallia demittat. Liquor a crystallis defusus ad volumen usque dimidium evaporetur et ad crystallisationem seponatur. Crystalla in infundibulo collige et, postquam lixivium deflexerit, loco tepido desicca.

Natrium bisulfurosum.

Bisulfis Sodii. Natrium sulfurosum acidum. Natriumbisulfid.



Rp. Natri carbonici cryst. P. 10.

Solve in

Aquae destillatae P. 18.

In liquorem filtratum, ollae in balneo aquae caloris 50°C . collocatae immissum

Acidum sulfurosum gasiforme inducatur, quamdiu Gas Acidi carbonici evoluitur et donec liquor sit reactionis acidae. Tum sepone loco frigido, ut crystallia concrecant. Sal solubile in part. 4 aquae.

Natrium bitartaricum.

Bitartas Sodii s. sodicus.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 19Acidi tartarici *P.* 10Aqua destill. *P.* 50.

In ollam amplam immissae interdum agitentur, tum calefiant et filtrentur. Liquori sensim admisce solutionem filtratam, paratam ex

Acidi tartarici *P.* 10 etAqua destill. tepid. *P.* 15.

Quo facto, mixturam agita, donec sal albissimum demittitur. Sedimentum in linteum transfer et premendo ab liquido separatum loco calido exsicca. E liquore ultimo evaporando, seponendo agitandoque sal separetur, quamdiu hoc album evadit.

Natrium carbolicum.

Phenylas Sodii s. Natrii. Natrium phenylatum. *Natriumphenylat.*
 $C_6H_5 \cdot ONa - NaO, C^{12}H^6O = 116.$

Rp. Acidi carbolicici 30,0

Natri caustici sicci 15,0.

In scyphum vitreum immissis et paullum calefactis instilla

Aqua destill. 3,75.

Lenissimo calore digere et agita, donec solutio effecta fuerit. Liquorem sensim instilla in Aetherem Petrolei frigidum et sepone. Aethere defuso guttas salinas collige et serva.

Natrium carbolicum solutum.

Phenylas s. Phenas sodicus aqua solutus. *Phenol sodé dissous. Solution de Phenate de soude Ph. Gall.*

Rp. Phenoli 70,0.

Admisce liquori parato miscendo e Liquoris Natri caustici (pd. sp. 1,332) 100,0

Aqua destill. 500,0.

Mixture peracta, adde

Aqua destill. q. s.

ut libra una (1000,0) expleatur (*Ph. Gall.*)

Partes decem liquoris continent circiter partem unam phenatis natrici.

Ph. German. (vet.) Phenoli 5,0 Liq. Natri caust. (pd. sp. 1,333) 1,0, Aqua 4,0. M.

Natrium carbonicum siccum.

Carbonas Sodii siccus s. exsiccatus.
 $(Na_2CO_3 = 106 - NaO, CO_2 = 53).$

Rp. Natri carbonici cryst. 1000,0.

Grosso modo pulveratum et strato tenui pansum, charta obtectum per dies decem aëri expone, tum in locum tepidum transfer et post dies tres vel quatuor inter agitationem calefac, donec massae residuae pondus circiter 450,0 (*Ph. Germ.* 500,0) grammata adaequet.

Ph. U. St. reposcit partem dimidiam salis crystallisati.

Dosis: 0,2—0,4—0,6 pluries per diem.

Natrium carbonicum solutum.

Carbonas Sodii s. natricus solutus.

Rp. Natri carbonici cryst. dep.

[¹] *P.* 1.

Solve in

Aqua destill. *P.* 2.

Filtrat. Pond. spec. 1,131.

*Reagens.*Rp. Natri carbonici cryst. puri *P.* 1.

Solve in

[²] Aqua destill. *P.* 9.

Filtrat.

Natrium causticum liquidum.

Liquor Natri caustici s. hydrici. Soda caustica liquida. Liquor Sodae.

Paretur aequali modo, quo Kali causticum liquidum, nisi quod Natri carbonici crystallisati *P.* 4, Aqua *P.* 20 et Calcariae *P.* 1 sumantur. Pond. spec. 1,330—1,332 (*Ph. Gall.*)

Centenae partes cont. p. 29 NaO, HO.

Rp. Natri caustici sicci *P.* 3.

Solve agitando in

Aqua destill. *P.* 7.

Paretur, quoties usus poscit. Pond. spec. 1,33. In vitris dense clausis serva.

Ph. Germ. Pd. spec. 1,168—1,172.

Cont. 15% NaOH. Ex tempore Natri caust. fus. 17,5—18,0 solve in Aqua 85,0.

Ph. U. St. Natri caust. sicci 5,6 solve in Aq. dest. 94,4.

Ph. Brit. Natri caust. sicci 3,75, solve in 96,25 Aqua dest. Pd. spec. 1,047.

Natrium causticum siccum

Hydras sodicus. Natrium hydricum.
Soda caustica.

$\text{NaHO} - \text{NaO}, \text{HO} = 40.$

Paretur e Natro caustico liquido recens parato aequali modo, quo Kali causticum siccum.

Natrium chloricum.

Chloras Sodii s. sodicus. Natrium chloricum. Natrium oxymuriaticum.
 $\text{NaClO}_3 - \text{NaO}, \text{ClO}^5 = 106,5.$

Rp. Acidi tartarici cryst. in frustulis P. 42.

In

Aquae destill. P. 400
solutae perfecte saturantur

Natri carbonic. cryst. (P. 80)
quantitate sufficiente. Liquori filtrato
tum adde

Acidi tartarici cryst. P. 42
et leni calore solve. Tum admisce

Kali chlorici P. 69.

(Hoc Kali chloricum terendo in mortario porcellaneo et, dum adspargitur aqua, in pulverem reductum sit.)

Digere per 24 horas, saepius agita, tum loco frigido sepone. Sedimento exorto deinde colando per linteum separato et ope pauxilli aquae abluto, fluida collecta filtrentur et in balneo vaporis ad siccum evaporentur. Sal siccum refrigeratum, in

Aquae dest. frigidae 5plo.

digerendo solutum, tum filtratum l. a. evaporando refrigerandoque in crystallata coge, quae supra orbem porcellaneum dispersa loco vix tepido siccata serva in lagenis vitreis obturatis. Effic. circiter P. 52. Sint crystallata plerumque rhomboidea prismatica, in aëre paululum humescentia, in aquae part. 2, in Spiritus Vini part. 40-50 solubilia. Dosis: 0,5-1,0 ter quaterve per diem.

Nota! Hoc sal ne commutetur cum Natrio chlorato (sale culinari), nec Natro chlorato sub forma liquida parato (liquore Natri hypochlorosi).

Natrium choleïnicum (impurum).

Fel Tauri depuratum siccum.

Rp. Fellis recentis Tauri vel Ovis
P. 10.

In balneo vaporis quam celerrime ad volumen dimidium evaporentur. Liquorem residuum statim cum

Spiritus V. rectfss. P. 10

inter conquassandum commisce, per biduum loco frigido sepone, tum filtra. Liquori filtrato admisce

Carbonis animal. depur. P. 1.

Digere leni calore per aliquot horas et filtra.

Liquor limpidus, Spiritu blanda destillatione calore balnei vaporis elicto, calore eodem ad mellaginis tenuioris spissitudinem evaporetur, et residuum cum

Aetheris (p. spec. 0,725-0,730) P. 3

fortiter saepiusque conquassetur et maceretur. Aethere defuso, residuum leni calore siccetur, tum commixtum cum

Sacchari Lactis pulv. siccati
aequali pondere,

et bene contritum statim in lagenulis vitreis, embolis suberinis optime obturatis, asservetur.

Signa: Natrium choleïnicum. Sumatur 2plum. Effic. cum Saccharo adjecto $\frac{1}{2}$ P. et plus.

Nota. Fel Tauri inspissatum praebet circiter 50% Natri choleïnici (sine Saccharo). Conf. Fel Tauri depuratum siccum.

Natrium citrico-tartaricum effervescens

Ph. Brit.

Citro-tartras Sodii effervescens. Soda-
Brausepulver. Brausesoda.

Rp. Natri bicarbonici 17,0

Acidi tartarici pulv. 9,0

Acidi citrici pulv. 6,0

Sacchari albi 5,0.

Hae partes medicamentosae pulveratae siccantur, tum commixtae Spiritu anhydro humectentur et in granula minora transformantur. Ph. Brit.

Natrium citricum.

$3\text{NaO}, \text{Ci} + 11\text{HO}.$ Citras Sodii s. Natrii
neutralis.

Rp. Natri carbonici cryst. P. 3.

Solve in

Aquae destill. fervid. P. 6.

Liquori filtrato paulatim injice

Acidi citrici cryst. P. 4

33*

vel quantum requiritur ad neutralisationem. Liquorem evaporando seponendoque in crystallata coge, quae inter strages chartae bibulae loco vix tepido siccata in vasis obturatis serva, ne fatiscant.

**Natrum
ferrisaccharatum.**

Ferrum natrosaccharatum. Ferrum oxydatum saccharatum solubile.

Eisensaccharat

Rp. Liquori ad 50—60° C. calefacto, parato e

Ferri sesquichlorati cryst. 75,0

Sacchari albi contusi 110,0

Aquae destill. 225,0

inter lenem agitationem paullatim admiscee mixturam paratam e

Liquoris Natri caustici (pd. spec. 1,334) et

Aquae destill. aa 160,0.

Quo facto vas claude et fortiter agita, tum sepone loco, cujus temperatura 22° C. ne superet, per horas duas, agitationem interdum repetendo. Deinde hunc liquorem ope infundibuli parvi, cum tubo angustiore constructi, infunde inter agitationem in

Spiritus Vini (92—95%)
2500,0

ad 25—30° C. calefacta. Tum liquorem conquassatum sepone loco, cujus temperatura 40—45° C. contingat. Post horas tres vel quatuor sedimentum pulvereum in colatorio linteo collige et affundendo Spiritum vini elue, tum expressum loco tepido sicca.

Si sedimentum consistentiam mellis acceperit, solve hoc in

Aquae destill. 300,0

et liquorem ope illius infundibuli inter agitationem in

Spiritus Vini (92—95%)
1500,0

infunde. Sepone et sedimentum nunc exortum in colatorio collige, ut supra notatum est, etc.

**Natrum
hypermanganicum
crudum.**

Rp. Natri caustici sicci P. 10
Natri nitrici P. 1.

In crucibulum ferreum immissis, tum igne fortiore liquatis inter agitandum paullatim adde

Mangani hyperoxydati nativi pulverati et calefacti P. 7.

Massa incalescat, donec portiuncula exempta in aqua colore saturate viridi solvitur. Tum massa ope cochlearis ferrei eximatur, ut refrigeret. Massa in aëre humescit.

**Natrum
hypophosphorosum.**

Hypophosphis Sodii s. natricus.
 $\text{NaH}_2\text{PO}_2 \cdot \text{H}_2\text{O} - \text{NaO}, \text{PO}_4\text{HO} = 106.$

Rp. Calcariae hypophosphorosae Natri bicarbonici pulv.

aa P. 10

Aquae destill. P. 80.

In ollam amplam immiscae stent, interdum agitatae, loco tepido per horas duas, dein refrigeratae, admixtis

Spiritus V. rectfss. P. 30,

filtrantur. Liquor filtratus calore balnei vaporis (70—80° C.) ad siccum evaporetur. Sal siccum statim in lagenulis vitreis optime obturatis servetur.

Sal solum loco aëre vacuo evaporatum refert crystallata decoloria nitentia, saporis paululum caustici salini, odoris expertia, in aëre deliquescentia, in aqua et Spiritu Vini solubilia. Sal calore aucto primum liquescit, tandem subito decomponitur, gas Hydrogenii phosphorati deflagrans vehementer emittendo. *Dosis*: 0,5—1,0—2,0. *Dos. max.* 0,5, pro die 2,5!!

**Natrum
hyposulfurosum.**

Hyposulfis Sodii s. Natrii. Thiosulfas natricus. Natrium thiosulfuricum. Natrium subsulfurosum.

$\text{Na}_2\text{S}_2\text{O}_3 \cdot 5\text{H}_2\text{O} = 248 - \text{NaO}, \text{S}^{\circ}\text{O}^2 + 5\text{HO} = 124.$

Rp. Natri carbonici cryst. P. 100.
Solve in

Aquae destill. P. 200.

Solutioni filtratae inter terendum in mortario porcellaneo admiscee

Sulfuris sublimati P. 13.

In miscelam l. a. inducatur tandiu Acidum sulfurosum gasiforme, donec hoc valde praevaleat. Liquor in cucurbitam vitream ingestus cale-

fiat, ut per aliquot temporis momenta ebulliat, tum filtratur et modico calore evaporando in lebeti porcellaneo ad tertiam partem sui voluminis redigatur. Dein seponi loco frigido, ut sal in crystallis abeat. Lixivium ultimum rejiciatur. Effic. *P.* 75. Sal solubile in aquae part. 1,5, in aquae fervidae part. 0,5. *Dosis:* 0,5–1,0–1,5, pro die 6,0.

Natrum lacticum.

Lactas Sodii s. natrius. *Natriumlactat.*
 $\text{NaC}_3\text{H}_5\text{O}_3 - \text{NaO}, \text{C}^6\text{H}^6\text{O}^5 = 112.$

Rp. Calcariae lacticae siccae *P.* 50

[¹] Natri bicarbonici *P.* 30.

Contendendo mixtis sensim admisce

Aquae dest. fervidae *P.* 100.

Effervescentia cessante, adde, si opus est,

Natri bicarbonici pulv. q. s.,
 ut reactio paulum alkalina efficiatur.
 Quo facto admisce

Spiritus V. rectifss. *P.* 50

et seponi per aliquot horas, interdum agitando. Postremum filtra, filtrum Spiritu Vini rectificato eluendo. Liqueur evaporatur ad siccum et loco calido seponatur, donec massam pulverandam referat. Massa pulverata, admixtis Natri bicarbonici subtilissime pulv. *P.* 2, in vitris bene obturatis servetur, ne humescat.

Rp. Ferri lactici cryst. *P.* 50

[²] Aquae dest. *P.* 100

Acidi nitrici puri (pd. spec.
 1,18) *P.* 10.

In patinam porcellaneam immissae leni calore, ope spatulae vitreae agitatae, ad extracti spissitudinem redigantur. Dein admisce

Natri bicarbonici pulv. et

Aquae destill. aa *P.* 30.

Interdum agitatae loco calido exsiccantur. Massae siccae contritae admisce

Aquae destill. *P.* 50 et

Spiritus V. rectifss. *P.* 80.

Macera per horas duas et saepius agita. Si liquor reactionem paululum alkalinum non praebet, addatur Natri bicarbonici parva quantitas. Postremum filtra et liquorem eodem modo tracta, quo supra praeceptum est.

Hypnoticum. *Dosis:* 10,0–15,0–20,0 solut. in aq. saccharata ante somnum sensim sumantur.

Natrum lacticum in bacillis.

Rp. Acidi lactici *P.* 100

[³] Aquae destill. *P.* 50.

Mixtis et calefactis paulatim adde liquorem paratum e

Natri carbonici cryst. *P.* 150

et Aquae destill. *P.* 300

vel eam copiam hujus liquoris, ut reactio alkalina minima efficiatur. Tum seponi per diem unum et filtra. Liqueur limpidus calore balnei aquae evaporatur, donec in massam inter refrigerium siccam conversus fuerit, et admixtis

Natri carbonici cryst. puri,

in pulverem redacti *P.* 5

calore balnei Calcii chlorati liqueatur et in modulum bacillarum effundatur. Sint bacilla ad 8 Millimetra crassa, quae in vitris bene clausis serventur. Effic. *P.* 110 ad 115.

Natrum molybdaenico-phosphoricum liquidum.

(*Reagens.*)

Rp. Ammonii molybdaenici *P.* 1.

Solutae in

Aquae fervidae *P.* 10

adde

Acidi nitrici (pond. spec.

1,185) *P.* 5.

Digere per aliquot horas, dein instilla liquorem e

Natri phosphorici cryst. et

Aquae destill. 4plo

paratum, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitato optime eloto, affusis

Aquae dest. fervidae *P.* 3,

adde paulatim

Natri carbonici soluti q. s., donec inter digestionem solum sit. Tum liquor ad siccum evaporatur et massa sicca tandem uratur, donec Ammonium plane evanuerit. Massa sicca refrigerata et contrita

Acidi nitrici puri q. s.

humectetur et denuo leni igne uratur ut Molybdaenum forte ortum iterum in Acidum molybdaenicum abeat.

Massa salina sicca et contrita commisceatur et conquassetur cum

Aquae dest. fervidae 10plo.

Tum adde

Acidi nitrici q. s.,

ut hoc valde praevaleat. Mixtura bene conquassata stet per duodecim horas, postremo filtretur. Liquor citrinus sic obtentus in lagenis vitreis obturatis et contra vapores ammoniacales optime munitis asservetur.

Natrium nitricum solutum.

Solutio Natri nitrici. (*Ad recepturam.*)

Rp. Natri nitrici cryst. P. 1

Aquae destill. P. 3.

Solve et filtra. *Signa:* Natrum nitricum. Sumatur 4plum. Pond. spec. 1,187.

Natrium nitrosum.

Nitris Natrii s. Sodii. *Natriumnitrit.*
Antichlor.

$\text{NaNO}_2 - \text{NaO.NO}^2 = 69.$

Rp. Natrii nitrici 100,0

Carbonis ligni 15,0.

Pulverata commixtaque paulatim in crucibulum inter carbones ardentis collocatum ingere. Quo facto calefac, ut massa in crucibulo colliquefiat, tum crucibulum ab igne remove. Massa refrigerata in aquae parva copia solvatur, tum filtretur et evaporando seponendoque in crystallam transducatur. Sal paulum alcalinum. Sal fere venenosum. *Dosis:* 0,05—0,1—0,2 ter quaterve per diem. 1,0—2,0—3,0 : 200,0 aquae : S. ter quaterve per diem cochlear. *Dosis maxima:* 0,5, pro die 5,0. Contra asthma 0,2—0,3 pluries per diem, etiam combinatum cum Hyoseyamo.

Natrium parakresotinicum.

Parakresotinas sodicus s. Natrii.

Paretur aequali modo quo Natrum salicylicum.

Antipyreticum verum (*Demme*) (typus abdominalis, catarrhus gastro-intestinalis etc.) Dos. infantibus aetate annorum

annorum	Dosis	Dos. pro die
2—4	0,1—0,25	0,5—1,0
5—10	0,25—1,0	2,5—3,5
11—16	1,0—1,5	3,5—4,5.

Natrium phosphoricum.

Phosphas Sodii s. Natrii. Sal mirabile perlatum. Soda phosphorata.
 $\text{Na}_2\text{HPO}_4 \cdot 12\text{H}_2\text{O} - 2\text{NaO.HO.PO}^5 + 24\text{HO} = 358.$

Rp. Ossium q. v.

Immitte in focum fornacis, et ad albedinem ure. Horum ossium ustorum contusorum

Partibus 80

affunde

Acidi sulfurici Angl. conc.

P. 50

antea dilutas

Aquae quintuplo.

Digerantur in vase vitreo vel figulino leni calore, donec frustula ossium omnia evanuerint, et miscela in pulvere impalpabilem mutata sit. Tum cum expressione cola. Residuum pari pondere aquae purae edulcoretur, quem ad finem optime methodum expulsoriam seu deturbatoriam institues. Liquor hoc modo obtentus et calefactus tum

Natri carbonici

quantitate sufficiente addenda saturatur, ita ut Natrum praevaleat. Dein liquor filtratus, in vase figulino ad crystallisationis momentum evaporatus seponatur, et crystallis collectis evaporatio repetatur, quamdiu crystallae prodeunt; lixivium ultimum rejiciatur. Crystallae collectae resolvendo in aqua, filtrando, evaporando seponendoque denuo in crystallam coge, lixivium ultimum iterum rejiciendo. Effic. P. circiter 70—80.

Sal solubile in aquae part. 6, in aquae fervidae part. 2, insolubile in Spiritu.

Dosis: 1,0—3,0—5,0 pluries pro die (lithiasis). *Dosis magnae* vis purgativa.

Natrium phosphoricum ammoniatum.

Phosphas ammonico-sodicus. Sal microcosmicum. Sal urinae fusibile.

Phosphorsalz. Sel de Phosphore.

$\text{PO}_4.\text{Na.NH}_4.\text{H} + 4\text{H}_2\text{O} - \text{NaO.NH}^4\text{O}, \text{HO.cPO}^5 + 8\text{HO} = 209.$

Rp. Natri phosphorici cryst. P. 70

Ammonii chlorati P. 10.

Solve coquendo in

Aquae destill. P. 30.

Liquorem refrigerando in crystallam

coge, quae collecta denuo solvendo in aqua, evaporando seponendoque iterum in crystallis coge. Lixivia ultima semper rejiciantur.

Natrum pyrophosphoricum.

Pyrophosphas Sodii s. natriicus.
 $\text{Na}_4\text{P}_2\text{O}_7 \cdot 10\text{H}_2\text{O} = 446 - 2\text{NaO}, \text{PO}^5 + 10\text{HO} = 223.$

Rp. Natri phosphorici cryst. q. v.

Contusum loco tepido seponendo vel calore balnei aquae inter agitationem quam maxime ab aqua crystallina liberetur. Massa pulverea tum in crucibulum porcellaneum ingesta primum modico calore incalescat, dein uratur, donec omnis aqua avolaverit et portiuncula exerta, in Aqua destillata soluta addito Argento nitrico praebeat praecipitatum album. Dein massam refrigeratam solve in

Aquae destill. fervidae

octuplo quantitatis Natri phosphorici crystallisati adhibiti. Liquor adhuc calidus filtratus ad duos trientes voluminis evaporando redigatur et loco frigido seponatur, ut crystallis demittat. Liquor a crystallis defusus denuo evaporando seponendoque in crystallis cogatur. Crystalla collecta et desiccata serva in ollis obturatis. Sal aqua solutum cum Argento nitrico soluto mixtum praecipitatum album praebeat. Efficuenter *P. 60* e *P. 100* Natri phosphorici crystallisati.

Sal solubile in aquae frigidae part. 12, in aquae fervidae part. 1,5.

Natrum salicylicum.

Salicylas Sodii s. Natrii s. natriicus.
 $2\text{NaC}_7\text{H}_5\text{O}_2 \cdot \text{H}_2\text{O} = 338 - \text{NaO}, \text{HO}, \text{C}_{14}\text{H}_4\text{O}_4 + \text{HO} = 169.$

Rp. Natrii bicarbonici puri *P. 100*
 Acidi salicylici *P. 168.*

Conterendo mixtis adde

Aquae destillatae tepidae q. s., ut fiat massa tenui pulvulae similis. Sepone loco tepido, agitationem repetendo, per aliquot horas, donec Acidum carbonicum maxima ex parte evolutum fuerit. Tum massa paululum acidula in pateram non profundam translata seponatur loco tepido, cujus temperatura 45°C . nunquam superet. Ne sal flavescat, Natrium bicarboni-

cum purissimum adhibeatur atque Acidum salicylicum in massa mixta semper minore ex parte praevaleat. Hoc sal solubile est in aquae part. 1,5—2 et in Spiritus part. 6. Hoc sal ab attacku Acidi carbonici semper teatur. Quam ob rem in locum, in quo evaporatio efficitur, calcaria usta collocanda est.

Dosis: 1,0—2,0 mane et vespere (anti-pyreticum); 1,0—2,0 singulis horis (in arthritide rheumatica); 5,0—10,0 pro die (diabetes mellitus).

Natrum santonicum.

Santoninas Sodii s. Natrii. Natrium santonicum.

$2\text{NaC}_{15}\text{H}_{19}\text{O}_4 \cdot 7\text{H}_2\text{O} = 698 - \text{NaO}, \text{HO}, \text{C}_{30}\text{H}_{38}\text{O}_8 + 7\text{HO} = 349.$

Rp. Santoninae *P. 5*

Natri carbonici cryst. *P. 4.*

Conterendo exacte mixtas, affusis

Aquae destillat. *P. 5,*

loco umbroso per aliquot horas digere. Dein leni calore balnei vaporis evaporando ad sicum redigantur. Massae residuae contritae affunde

Spiritus *V. rectifss. P. 15.*

Sepone loco tepido et saepius agita. Liquore defuso, residuo Spiritum Vini rectificatissimum iterum affunde, quod repetatur, quamdiu Spiritus aliquid solvit. Liquores commixti, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicit, loco tepido ($30-40^\circ\text{C}$) seponatur, quamdiu crystallula concreseunt, quae siccata in vitris obturatis, a luce remotis, asserventur. Sint crystallula rhomboidea decoloria, solubilia in aquae part. 3, aquae fervidae part. 0,5, in Spiritus part. 12. In vase dense clauso servanda. Vermifugum. *Dosis:* 0,1—0,2 adulto, 0,05—0,1 infanti. *Dos. max.* pro adulto 0,8, pro die 2,5.)

Natrum silicicum basicum liquidum.

Vitrum solutum natriicum. Liquor Sodii Silicatis. Natrium silicicum *Ph. Austr.* Liquor Natrii silicii *Ph. Germ. Natronwasserglas.*

Paretur aequali modo atque Kali silicicum basicum liquidum e

Quarzi *P. 45*

Natri carbonici calcinati *P. 23*

Carbonis vegetabilis *P. 3.*

Hoc Natrum silicicum etiam parandum est coquendo Liqueorem Natri caustici cum Acido silicico praecipitato.

Ph. Austr. Pond. spec. 1,400.

Ph. German. Pd. sp. 1,300—1,400.

Natrum stearinicum.

Sapo animalis. Sapo purus.

Curd soap.

Rp. Natri carbonici cryst. P. 11.

Solve in

Aquae destillatae P. 44.

Liquori filtrato, in patinam porcellaneam immisso et in balneo vaporis calefacto sensim adijce

Acidi stearinici P. 20.

Digere per aliquot horas, donec effervescencia cessaverit. Dein admisce liquorem filtratum, solvendo paratum e

Salis culinaris P. 5

Natri carbonici cryst. P. 1


et Aquae destill. P. 15.

Post agitationem per horam unam digerere perge, tum sepone loco frigido. Sapo dein collectus et Aquae destillatae paulo ablutus exprimatur et loco tepido exsicceatur, postremum in pulverem redigatur. *Effic. P. 21.*

Natrum sulfocarbolicum.

Phenyl-Sulfas natrius s. sodicus.

Sulfophenylas Sodii s. Natrii.



Rp. Baryi sulfophenylici 100,0.

Solve in

Aquae destill. tepidae 200,0.

Tum admisce

Natri sulfurici cryst. 47,0

soluta in

Aquae destill. calidae 100,0.

Deinde sepone loco frigido per diem dimidium. Liquori filtratione collecto frigido admisce


Spiritus Vini (90%)

volumen duplum, tum sepone per aliquot horas. Denuo filtra, sedimentum spiritu eluendo. Spiritu a liquore filtrato destillando quam maxime separato, liquorem residuum leni calore evapora, donec in massam crystallinam transformatus fuerit. Sint crystalli pellucida, coloris expertia, in aëre persistentia, in aquae part. 5, in aquae fervidae parte una, in spiritus ferven-

tis p. 10 solubilia. *Dosis:* 1,0—2,0—3,0 quater quiniesve per diem (pthisis, angina, typhus, stomatitis aphthosa).

Natrum sulfoichthyolicum.

Natrium ichthyolicum. Sulfoichthyolas natrius.



Rp. Acidi sulfoichthyolici 100,0

Aquae dest. tepidae 50,0.

Solutione peracta, adde

Natri caustici sicci 8,5.

vel q. s. solutum in aqua destillata, ut liquor neutralis efficiatur, quem loco calido (calore 50—55° C.) sensim evapora, donec pondus massae residuae grammata 100,0 expleat. Sit massa e fusco nigra, pici similis, cum aqua solutionem paulum turbidam praebens, solubilis in Aetheris et Spiritus vini ana p. mixtis, in Benzolo, vix solubilis in Benzina petrolei, continens circiter 30% aquae.

Supra laminas vitreas extensum et supra calcariam ustam vel calcium chloratum collocatum exsicceatur. Hoc modo

Natrum sulfoichthyolicum in lamellis

paratur. *Dosis* eam Ichthyoli (conf. idem) aequat.

Natrum sulfuricum siccum.

Natrium sulf. sic. Sulfas Sodii siccatus.

Rp. Natri sulfurici cryst. 1000,0.

Contusum, in straturam tenuiorem expansum charta obtecta aëri (15—20° C.) exponatur per hebdomadem, donec dilapsio effecta fuerit, tum calore 50—60° C. sicceatur, donec pondus ad circiter 500,0 reductum sit. Deinde per cribrum trajiciatur. Pulvis fere subtilis, albus. (*Ph. Germ.*)

Natrum sulfuricum solutum.

Solutio Natri sulfurici. (*Ad recepturam.*)

Rp. Natri sulfurici cryst. P. 1

[1] Aquae destill. P. 3.

Solve et filtra. Serva loco temperaturae mediae. *Signa:* Natrum sulfuricum. Sumatur 4plum. P. spec. 1,103.

Solutio hieme asservanda.

Rp. Natri sulfurici cryst. P. 1.

[²] Aquae destill. P. 5.

Solve et filtra. *Signa*: Natrium sulfuricum. Sumatur 6plum. P. spec. 1,067.

Natrium sulfurosum.

Sulfis Sodii s. Natrii. Antichlor.

$\text{Na}_2\text{SO}_3 \cdot 7\text{H}_2\text{O} = 252 - \text{NaO}, \text{SO}_2 + 7\text{HO} = 126.$

Rp. Natri carbonici cryst. depur. P. 1.

Solve in

Aquae destill. P. 2.

In hanc solutionem filtratam et tepidam conde tamdiu

Acidum sulfurosum,

donec charta exploratoria mutetur. Deinde liquorem leni calore evaporando (subi divo) et refrigerando in crystallam coe.

Natrium

sylvino-abietinicum.

Sapo resinosus.

Rp. Natri carbonici cryst. P. 10

Aquae destillatae P. 20.

Liquori ebullienti inter agitationem admisce

Colophonii pulv. P. 10.

Massa aqua abluatur et sicceatur.

Dosis: 0,5—1,0—2,0 ter quaterve per diem (blennorrhoea).

Natrium tartaricum.

Tartras Sodii s. natriicus. *Natrium-tartrat.*

$\text{Na}_2\text{C}_4\text{H}_4\text{O}_6 \cdot 2\text{H}_2\text{O} = 230 - \text{NaO}, \text{C}^4, \text{H}^2\text{O}^5 + 2\text{HO} = 115.$

Rp. Natri carbonici cryst. P. 36.

Solve in

Aquae destill. P. 120.

Liquori calefacto sensim adjice

Acidi tartarici P. 19

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Liquorem filtratum evaporando seponendoque in crystallam coe. *Effic.* P. 27. *Dosis* ei Tartari natronati aequalis est.

Natrium valerianicum.

Valerianas Sodii s. natriicus (siccus).

$\text{NaC}_5\text{H}_9\text{O}_2 - \text{NaO}, \text{C}^{10}\text{H}^8\text{O}^3 = 124.$

Rp. Acidi sulfurici conc. P. 36.

Diluantur

Aquae destillatae P. 30.

Deinde solve calore adhibito Kali bichromici P. 27

in

Aquae destillatae P. 210.

Post refrigerationem ambo liquores fundantur in cucurbitam vitream et cum

Alcoholis amylici P. 10

agitatione alacri commisceantur, donec mixturae calor ad 32° C. remissus fuerit. Postea tubo refrigeratorio cucurbitae adjuncto destillent circiter P. 250, quae

Natri hydrici soluti q. s.

usque ad neutralisationem saturantur et, postquam oleum liquori innatans dehaerendo ablatum est, evaporantur, quamdiu vapores aquosi proficiuntur. Quo facto massa inde remanens calore caute aucto liquetur, dein refrigeratione concreta diffingatur et statim in lagenas obturandas recondatur.

Dosis: 0,1—0,2—0,3.

Niccolum bromatum.

Bromuretum Niccoli.

$\text{NiBr}_2 + 3\text{H}_2\text{O} = 273 - \text{NiBr} + 3\text{HO} = 136,5.$

Rp. Niccoli metallici gr. pulv. 30,0.

In cucurbitam vitream caute ingestis affunde

Aquae destillatae 100,0.

Tum paulatim adde

Bromi 80,0

et saepius agita, donec metallum solutum sit. Liquor, si opus fuerit, per lanam vitream colatus in scutellas porcellaneas planas infusus loco calido (30—60° C.) seponatur, donec in massam crystallinam transierit. Serva in vitris dense oclusis, ne humescat, et loco aprico. *Dosis maxima*: 0,5, pro die 1,5.

Niccolum carbonicum.

Subcarbonas niccolosus.

Rp. Niccoli metallici venalis P. 10.

In cucurbitam vitream caute immixtis affunde paulatim

Acidi nitrici puri P. 80.

Digere leni calore, Acidum paulatim adhuc addendo, donec metallum fere solutum sit. Liquor, admixta P. 1 Niccoli metallici, calore balnei arenae

ad perfectam siccitatem redigatur. Residuo in

Aquae destillat. *P.* 120
soluta, dein filtrato fervefactoque instilla liquorem calidum, paratum e
Natri carbonici cryst. *P.* 50
et Aquae destill. *P.* 150.

Præcipitatum inde exortum, lotum, adhuc humidum solvatur in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 50
vel quantum requiritur, ut Acidum parum praevaleat. In hanc solutionem aqua dilutam inducatur

Acidum hydrosulfuratum gasiforme,

donec liquor eo saturatus sit. Dein sepone per aliquot horas et filtra. Liquor tum coquatur, post refrigerationem filtratur, in lagenam (ad partes tres e quatuor replendam) ingeratur et

Gase Chlori

exacte saturatur. Additis

Barytae carbonicae *P.* 2,

sepone per unum diem, saepius agitando. Liquori filtrato instilla


Acidi sulfurici diluti q. s.,
ut Baryta soluta præcipitetur. Filtratione facta, liquori limpido instilla solutionem filtratam, paratam e

Natri carbonici cryst. *P.* 50
et Aquae destill. *P.* 150

vel q. s. hujus solutionis, donec Natrum paulum praevaleat. Præcipitatum inde exortum aqua calida ablue et loco calido inter strages chartae bibulae sicca.

Niccolum sulfuricum.

Sulfas niccolosus.




Rp. Niccoli carbonici *P.* 5.

Sensim immitte in

Acidi sulfurici diluti *P.* 27

vel q. s., ut solvatur. Liquor filtratus evaporando seponendoque in crystallam cogatur, quae celeriter inter strages chartae bibulae pressa et siccata in vitris obturatis serventur, ne fatiscant. *Dos.*: 0,03—0,06 ter per diem (hemisphaeria intermittens).

Nicotinum.



Rp. Fol. Nicotianae sicca. *P.* 100.

Affunde

Acidi sulfurici diluti *P.* 10

Aquae fervidae *P.* 400.

Digere per diem unum loco calido et ope preli exprime. Residuo iterum affunde

Aquae fervidae *P.* 200,

digere et exprime.

Liquoribus commixtis, evaporando ad spissitudinem mellis redactis, adhuc calidis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 50.

Sepone loco calido, saepius fortiter agita, tandem filtra. Liquori filtrato, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicit, admisce

Liquoris Kali caustici (pond. spec. 1,333) *P.* 15

Aetheris optimi *P.* 20.

Macera et saepius agita. Aetheri decanthato paulatim admisce inter lenem agitationem

Acidum oxalicum pulveratum (*P.* 2—3)

quandiu liquidum spissiusculum discernitur, quod Aethere ablutum commisceatur cum

Liquoris Kali caustici et

Aetheris aa Volum. duplici.

Saepius fortiter agita et sepone. Liquore aethereo decanthato, residuum semel atque iterum cum novis quantitatibus Aetheris conquassetur, ut Nicotinum omne exhauriatur, et liquores aetherei decanthando colligantur. Liquores aetherei commixti, Aethere magna ex parte destillando elicit, calore balnei aquae, 35° C. non superante, agitatione evitata, sub divo evaporentur. Residuum oleosum, quam celerrime in lagenulas plane replendas et optime obturandas (epistomeis vitreis) ingestum, caute asservetur.

Evaporatio liquoris sub campana vitrea antliae pneumaticae melius peragitur. Efficuntur *P.* 2—4.

Sit liquor olei instar decolor vel subflavidus venenosissimus, saporis odorisque tabacini penetrantis, ponderis specifici 1,022—1,024. *Dosis maxima*: 0,003, pro die 0,01!!

Nitrobenzinum.

$C_6H_5 \cdot NO_2 = C^{12}H^5NO^4 = 123$. Nitrobenzol. *Essence de Mirbane.*

Rp. Acidi nitrici monhydrati fumantis P. 10.

In retortam tubulatam ad trientem capacitatis replendam immissis et ad lenem ebullitionem usque calefactis sensim guttatimque instilla (perfundendo per tubum vitreum longiorem, tubulo insertum)

Benzinum e lithanthrace, quamdiu vapores nitrosi evolvuntur. Liquor, qui in excipulum transit, saepius in retortam refundatur. Evolutione vaporum rutilorum cessante, Benzinum Acido forsan innatans leni calore destilletur. Quo facto liquorem, quem retorta continet, funde in

Aquae frigidae P. 120—150 et per aliquot dies seponere, donec Nitrobenzinum in fundo vasis coërit. Liquore acido defuso, Nitrobenzinum aqua abluatur et servetur.

Nitrogenium oxydulatum.

Gas nitrogenosum. Nitrogenium monoxydulatum.

Lachgas. Lustgas.
 $N_2O = 44 - NO = 22$.

Rp. Ammonii nitrici (a Chloro liberi) q. v.

Calore fortiore fusum, dein refrigeratum et in pulverem grossum reductum in retortamingere, quae tubo vitreo deductorio munita est eo modo, ut gas evolendum per aquae parvam copiam ad 35—40° C. calefactam transducatur. Calore lente effecto gas evolvatur. (Ad inhalationem.)

Aqua, quae hoc gase impraegnata est, in Anglia nominatur:

Aqua azotica oxygenata, quae praedita vi diuretica et anti-hypochondrica saepe adhibetur.

Nitrum tabulatum.

Sal Prunellae.

Rp. Kali nitrici P. 3

Kali sulfurici P. 1.

Pulveratae mixtaeque in crucibulum porcellaneum aut Hassiacum ingerantur

et igne fortiore liquentur. Massam liquidam ope cochlearis porcellanei calefacti exemptam per cochlear ferreum calefactum, foramine minore instructum, supra discum porcellaneum ita perfunde, ut gutta quaeque rotula fiat. Loco cochlearis ferrei etiam caput fistulae fumariae adhibere potes.

Olea et Pinguia mineralia.

Benzina, Benzinum, Benzina Petrolei (*Essence de pétrole blanche, Pétrole léger Ph. Gall.*), *Gasoline, Canadol, Petroläther Sorte II*, modo destillatorio calore 80—110° C. e Petroleo Americano delibatur. Pond. spec. 0,690—0,710. *Dosis:* 0,5—1,0 ter quaterve per diem.

Aether Petrolei, *Keroselén, Rhigolén, Petroläther, Sherwood-oil*, modo destillatorio calore 50—80° C. ex Petroleo Americano dilabatur. Pond. spec. 0,660—0,690. Loco Aetheris Petrolei plerumque Benzina Petrolei dispensatur.

Ligroïna, Ligoïnium, est Benzina ponderis spec. 0,710—0,720, ad infusionem in lucernas mirabiles et fungiferas insumitur, atque in via mercatoria nominatur: *Oleum Terebinthinae artificiale, künstliches Terpentinöl, Putzöl, Petroleumsprit.*

Petroleum raffinatum (*Huile de pétrole lampante, Huile minérale, Huile pétrosolaire, Pétrole raffiné, Pétrole Ph. Gall.*), *Leuchtpetroleum*, destillando elicitur calore 150—300°. Pond. spec. 0,780—0,820. Igniarium (bacillum ligneum) flagrans in hoc petroleum celeriter immersum ne inflammationem gignat.

Oleum Paraffinae, Paraffina liquida, Paraffinum liquidum, Oleum minerale purum, *Globeöl, Vulkanöl, Schmieröl, Cosmoline*, est oleo pingui liquido decolori simile, verumtamen frictioni obstat. Pondus spec. 0,840—0,860—0,885. Ad paranda nonnulla unguina insumitur.

Petroleïna, Vaselina, Petrolatum (*Ph. Gall.*) et mixtura e Paraffina solida et liquida, spissitudinis mellis vel unguinis mollis. Hoc unguen etiam arte facitur. Confer Unguentum Paraffinae.